



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Mons Thabor Sive Solitudo Exercitiorum Spiritualium**

**Bisling, Anselm**

**[Einsiedeln], 1682**

Meditatio VIII. De Iudicij particularis rigore post mortem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60545](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60545)

## MEDITATIO VIII.

De Iudicij particularis rigore  
post mortem.

**A**liud bonorum operum instrumen- *Text. Rem*  
tum est: *Diem Iudicij timere.* Et ut *gul. c. 4.*  
quilibet, *ubicunque sedens, ambulans,* *instr. 44.*  
*ib. c. 7.*  
*vel stans &c. jam se tremendo iudicio Dei* *grad. 12.*  
*presentari existimet.*

*Prælud.* Imaginare, quod videas *Dan. 5.*  
manum in pariete cubiculi tui inspera- *25.*  
to apparentem, tibi que scribentem illa  
verba, **MANE; THECEL; PHA-**  
**RES.** sive **NUMERATVS es, AP-**  
**PENSVS, DIVISVS.**

*Punct. I. Confid.* Primum verbum: *Iudicij di-*  
**NUMERATVS es:** nimirum. Nu- *vini post*  
meratos esse vitæ tuæ dies, & completos: *mortem*  
simulque unâ cum illis exspirasse om- *processus:*  
ne tempus gratiæ & bonarum occasio-  
num. 2. Nunc tempus esse, ut anima  
tua rapiatur ad Dei tribunal, deducen-  
tibus hinc, & inde Angelo, & diabo-  
lo. 3. Et ut sistatur tanquam rea coram  
Iudice Christo, accusatore dæmone,  
Advocato Angelo Custode, patefacto  
libello propriæ conscientiæ, tot verò  
testibus, quot creaturæ fuerint malo-  
rum

rum tuorum instrumenta, vel compes. 4. Factâ longissimâ, & vehementissimâ scelerum narratione, & pollutione finalis sententiæ, proferri tua paucula bona opera, remissa, pida, &c.

Heu! mihi, Domine, tremens & timens sum, & timeo, dum hæc tremenda discussio venerit, atque ventura quid faciam miser? ubi fugiam à facie peccatorum meorum, & à vultu tuâ?

*Punct. II. Confid.* Alterum verbum APPENSVS es: scilicet rigor post accusationes examen. 1. De omnibus acceptis talentis naturæ, in animo & corpore &c. 2. De donis gratiæ dei, Sacramentorum, inspirationum exemplorum, instructionum, & proximè VOCATIONIS RELIGIOSÆ, vel Sacerdotalis (è tot millibus &c. 3. De omnibus è contra peccati cogitatione, verbo, opere, omissione peccati, peccatis contra Deum, proximum, superiores, Regulas, VOTA, statuta &c. 4. De peccatis alienis ratione officij, animarum curæ, negligentia, indulgentiæ, consilij, jussionis, auxilij, scandalive imputatis. 5. Etiam de peccatis justitijs, & bonis operibus, uti de peccatis Sacramentorum perceptio, administratio

Ejuldem rigor propter examen

fio, preces &c. denique illorum fervore, diligentia, attentione, & intentione; vel econtra.

O Dominus meus, & Deus meus! quid erit in Babylone, si scrutaberis Ierusalem in lucernis? quid fiet de horribili gravitate, & multitudine peccatorum, si etiam ipsa bona opera tam districtè examinabis, judicabis, ventilabis, & fortè plurima reijcies?

*Sophon. 1. 6.*

Punct. III. *Consid.* Circa tertium verbum: **DIVISVS** es: scilicet à Deo, & cælo, si reperiatur te Iudex minus habentem &c. hic verò Iudex omniscius est, cui nihil potest occultari; infinitè sapiens, ut non decipi; justus & rigidus, ut non inflecti; severus & constans, ut non exorari; omnipotens, ut ei non resisti; supremus, ut ab illo appellari non possit.

*Erratione Iudicis.*

O qualis de me erit sententia! O sententia omnium terribilium terribilissima! *Discedite à me maledicti in ignem æternum: quis non tremat, & properet, ut convertatur? O vocem illam alteram Salvatoris dulcissimam! Venite benedicti Patris mei &c.*

*Matth. 25. 51.*

Ah anima mea! Quàm igitur salutare, & necessarium, districtissimum hunc Iudicij diem semper timere, quàm salubre, in quocunque loco, situ, motu, & tem-

& tempore existimare, se jam iam  
mendo nimis iudicio Dei praesentandi  
abripi? O IESU mi Domine, me  
misco tanquam reus, culpam rubeo  
tus meus, supplicanti parce Deus

CONSIDERATIO I. ANTI  
MERIDIANA.

De frequenti memoria Mor  
tis.

Gerf. l. 1.  
c. 23.

**V**alde cito erit tecum hic factum,  
aliter, quomodo te habeas. Hoc  
mo est, cras non comparet, sic ergo  
omni facto & cogitatu deberes tenere  
hodie, vel statim esses moriturus. Beatus  
horam mortis suae semper ante oculos  
& ad moriendum quotidie se disponit.  
mane fuerit, puta te ad vesperum non  
venturum. Vespere autem facto, mane  
audeas polliceri.

CONSID. II.

De sedula preparatione ad  
Mortem.

ib. n. 4.

**Q**uam felix & prudens, qui talis  
nitiur esse in vita, qualis optat  
niri in morte! Dabit namque magnam  
ciam feliciter moriendi perfectus contentus  
mundi, fervens desiderium in virtutibus  
ficiendi, amor disciplinae, labor penitentiae